



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

28. Beneficia exempta, an veniant in permutatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XXVIII.

Beneficia exempta an veniant in reservatione.

Beneficia exempta videntur comprehendi sub reservatione, etiamsi reservatio restringatur ad certam Diocesim lo. *Andr. c. si propter de rescr. in 6. Gaspar de Perusio tract. de reservat. benef. s. quæ autem beneficia n. 1.* Ratio est, quia exempti comprehenduntur sub generali dispositione, ut late supra probavimus li. 1. qu. 5. per tot. *Fiam. de rescr. benef. lib. 11. q. 4. n. 17.* & ideo, sicut ordinarius non habet iurisdictionem in exemptos, ita nec conferendi potestatem beneficia exemptorum *cap. fin. de Renunciat. Rot. a decis. 4. n. 2. Cassad. decis. 8. de præbend. Abb. in ca. 2. de concess. præbend. Cæterum, Hieronij Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloss. 51. n. 42.* scribit nullum iure expressum locum quod exemptorum beneficia sint reservata ex sola causa exemptionis, nec unquam vidisse aut audivisse tale quid praticari; quibus autem rationibus respondeat argumentis in contrarium allatis illum vide n. 43.

QVÆSTIO XXIX.

Appellatione beneficiorum diœcesis an veniant exempta.

SUMMARIUM.

1. Differentia interdictiones in diœcesi & de diœcesi.
2. Differentia inter dispositionem odiosam & favorabilem.

Pontifex v.g. mandat Episcopo ut alicui provideat in aliqua Ecclesia suæ diœcesis, an providere poterit in exempta, in hoc articulo Doctores intricate locuti sunt, v. *Fel. & Abb. grave de offic. ord. ubi late c. Abbatem de rescript. cap. si propter rescript. in 6. in cap. pro illorum de præbend. glo. & DD. c. de monialibus de sent. excom.* Dupliciter tamen, conciliari solent, primo, ut si dicatur in diœcesi, minime, non dantur exempti ex eo quod sint in diœcesi, si vero dicatur de diœcesi, minime, non enim dicuntur exempti esse de diœcesi à qua per exemptionem sunt erepti, *Fel. d. c. grave DD. supra allegati Brixienf. in repert. verb. exemptio vers. an per mandatam Gemin. d. c. si propter ubi DD. lo. Copus de fructibus lib. ult. c. 3. n. 14. & 15. Anto. de Rollis tract. de indulgent. nu. 314. Lapus Clem. 2. de privileg. vide Guymen in pragmat. sanctione tit. de annatis §. item fiat in glo. verb. in diœcesi ubi id explicat similitudine sermone de bonis & in bonis arg. l. rem in bonis ff. de acquir. rer. dom. Secundo sit distinctio an sit*